

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 3: De virtutibus theologis et cardinalibus

Caput 2: De spe (5)

Bernardus:

Non solum ipsa veritas, set etiam promissio vite eterne et expectatio iustorum, letitia est, et tanta letitia ut omne quod concupiscitur, ei non valet comparari.

Non solum ipsa vita, sed et promissio vitae aeternae et exspectatio iustorum, laetitia est, et tanta laetitia ut omne quod concupiscitur, ei non valeat comparari.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo in natali sancti Benedicti*, 8
(SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.12, ll.10-12).

Set nunquam tante letitiae spes erit sine letitia?

Sed numquid tantae letitiae spes erit sine laetitia?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 37.3
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.10, l.21).

Quidquid agendum sit, quidquid tollerandum,
quidquid optandum, tu es domine spes mea.
Hec una mihi promissionum causa, hec tota ratio mee expectationis.

Quidquid agendum sit, quidquid declinandum, quidquid tolerandum,
quidquid optandum, TU ES, DOMINE, SPES MEA.
Haec una mihi omnium promissionum causa, haec tota ratio meae exspectationis.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Psalmum "Qui habitat"*, 9.5
(SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.439, ll.2-5).

Hec est votum meum, hec est intentio cordis mei.
Hec reposita est spes mea in sinu meo, et in hac perseverabo.

Hoc, inquit, est votum meum, hoc propositum meum, haec intentio cordis mei.
Reposita est haec spes mea in sinu meo, et in hac perseverabo: SPERABO IN EUM.

...

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Psalmum "Qui habitat"*, 2.3
(SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.439, ll.2-17).

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 3: De virtutibus theologis et cardinalibus

Caput 2: De spe (5)

Propter te omnia detrimenta feci, et ut stercora arbitror,
quoniam tu es domine spes mea.

Si michi premia promittuntur, per te obtinenda sperabo,
non insurgant adversum me prelia, si seviat mundus, si fremat malignus,
si ipsa caro adversus spiritum concupiscat, ego in te sperabo.

Ecce numerata tribulationes. Secundum multitudinem earum,
consolationes eius letificabunt animam tuam, dummodo non ad alia convertaris,
dummodo in eum speres.

Sperent in aliis alii, forte hic in scientia litterarum,
hic in astutia saeculi, ille in alia qualibet vanitate confidat;
propter te omnia detrimentum feci, et ut stercora arbitror,

QUONIAM TU ES, DOMINE, SPES MEA.

Speret qui vult in incerto divitiarum;

ego vero ne ipsa quidem nisi abs te victui necessaria spero,
nimirum fidens verbo tuo, in quo abiici omnia:

QUAERITE PRIMUM REGNUM DEI ET IUSTITIAM EIUS, ET OMNIA ADICIENTUR VOBIS.

Nempe TIBI DERELICTUS EST PAUPER, ORPHANO TU ERIS ADIUTOR.

Si mihi praemia promittuntur, per te obtinenda sperabo;

si insurgant adversum me proelia, si saeviat mundus, si fremat malignus,

si ipsa caro adversus spiritum concupiscat, in te ego sperabo.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Psalmum "Qui habitat"*, 9.5
(SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.439, ll.9-17).

Ecce numerata tribulationes. Secundum multitudinem earum,
consolationes eius laetificabunt animam tuam, dummodo non ad alia convertaris,

dummodo clames ad eum,

dummodo in eum speres,

nec humile aliquid vel terrenum, sed altissimum ponas refugium tuum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Psalmum "Qui habitat"*, 9.6
(SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.440, ll.14-17).